



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

Inventio S. Crvcis. 3. Maij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

In cælum usque extulisti. Ex Vinc. Mainard.

Ne simus hic negligentes, ut non per infinita secula post modum pœnitentiam agere cogamur, ubi nihil proderunt lacrymae. In studiis atque laboribus gaudet Angeli atque Archangeli sicut contrâ in torpor ac negligentia gaudet inimicus. S. Ephrem, tom. I.

INVENTIO S. CRVCIS. 3. Maii

GAUDENT ALIJ CRUCEM, quam cælum mittit, mis-
sam amittere; at amissam olim Christi cruce-
m invenisse hodie se gaudet Helena, triumphat.
Rei gestæ ordinem hic habes. Latebat crux terri,
plus odii Iudeorum sepulta. At Helena, cum pri-
mùm filius Constantinus Maxentium debellavik
crucis sanctissimæ auspiciis, quò grata foret, omni
ingenio viribusque eruere defossam, orbiq;e ado-
randam proponere contendit; tunc demum cre-
dens thesaurum se reperturam, si crucem. Ita locus
à superstitione primùm purgatur; & infame Vene-
ris stabulum statuaque deicxit: mox humus altè
egeritur, tandem tergeminae cruces parent, &
ponè titulus crucis refixus. In ipsissimas aurum ve-
nas offendisse Helenam credidisses. Minuebat ta-
men letitiam publicam illud, quod quænam ex
tribus Servatoris crux foret, sic nondum consta-
ret. Sed opportunum consilium Macarius urbis
Episcopus suggestit, jussitque ordine singulas mo-
rienti forte tunc mulieri imponi. Pergebat illa ad
primæ contactum mori, itemque ad secundæ, ad
tertiæ denique incolumis revixit. Huic Helena
templum struere dignum magnificentiâ suâ, cru-
cemque, hoc est aurum, argento includere, par-
tem quoque unâ cum auâario (clavis eiusdem)

ad

ad filium Imp. transmittere , regium utique donum. Agnovit ille signa victoriarum suarum , & summè veneratus toto imperio edixit , ne, quæ telsera salutis foret omnibus , posthac improborum foret supplicium. Clavorum altero diadematis frontem, altero frenos Imperatorios ornavit , certus majores nobilioresque uniones neque Indianam posse submittere. Ex Brev.

Quisquis desiderat ab omni vinculo maledictionis absolvit, & plenam novæ gratiæ benedictionem consequitur. Crucem diligat, ex qua omnis plenitudo benedictionis emanat; per Crucem se Dei mandatis astringat; per Crucem effrenis Carnis incentivas cohibeat. S. P. Dam. de Invent. Cruc.

S. FLORIANVS M. 4. Maij.

FLORIANVM, qui in adversis ignium injurias patronum invocamus, aquæ ad Superos transmiserunt Diocletiano Cæsare , in Novico Ripario Tribunus militaris agebat, cum instituta de Christianis quæstione , nomen suum ultrò detulit. Aquilinus loci præfetus fustuario primum ejus constantiam tentavit; deinde ubi Christi nomen extundi ei posse desperavit , in Anasium flumen precipitem egit. Impii mandati obedientiam carnifex repentinâ cæcitate huit. Corpus exanime appulsum in scopulos aquila turata est , Iovis olim, nunc FLORIANI satelles. Ipse Valeriam religiosam feminam ad justa persolvenda corpori suo excitavit , & pietati mercedem persolvit , salubrium aquarum scaturigine , quas ægris bibisse profuit. Igne periclitantibus propitium esse primus omnium carbonarius experimento didicit;